



*Magistri Jacobelli de Střebro [deMisa] De iuramento*¹

ms. Bibl. Pal. Vindobonae: Wien ÖNB 4936 [V], ff. 185 r-186v; ms. Bibliotheca Jagiellonica: Krakow BJ 2148 [K]. ff. 180r-181v.

ed. Romolo Cegna [Codex Vindobonae]; in: *Querite primum Regnum Dei. Sborník příspěvků k poctě Jany Nechutové*, ed. He. Krmíčková-A. Pumprová-Da. Růžicková-Li. Švanda, Brno 2006: pp.561-566.

Hic retractavit Romolo Cegna secundum Codecem Cracoviensem [Modetiae 10-22 martii 2012].

[K in margsup Nota quod est pollicia K Utrum in Pollicia bene recta est licitum iurare. (N)otandum] Pollicia bene recta est ordo participantis vel participancium super subditorum bona temporalia propter bonum alicuius communitatis. Istud notabile patet ex 2° [K III^o] Politicorum². Esse autem talem policiam bene rectam in aliqua mundi parte suppono pro per se. Noto. Cum tunc frustra laborarent tam antiqui quam moderni philosophi informando homines virtutes et ipsas in scriptis relinquendo. 2° noto quod iuramentum primo dicitur analogice confessio promissi ad aliquod bonum persequendum fugiendumve malum. Quomodo possum [K possumus] vocare iuramentum promissionem factam in baptismo ad servandam fidem christianam a quolibet baptisato. Similiter in matrimonio promittentes fidem eis mutuo coniugalem vel in sacerdocio confitentes se vovere castitati; aut dum inferiores subditi suis superioribus, officiales dominis suis [K om suis] et omagiales regibus spondent fidelitatem, possumus iuramentum nuncupare. Et hoc introducit Augustinus super Ps. 131³: “Turare est firmiter [K firme] promittere”. Isto modo eciam [K eciam modo] videtur beatus Ieronimus in Ieremiam prophetam loquendo iuramentum acceptare, et habetur XXII q. I⁴ ubi dicitur: “Et iurabunt, vivit Dominus in veritate, in iudicio et in iusticia, et benedicent eum gentes ipsumque laudabunt”. Quomodo ergo nos ewangelium iurare prohibet?. Sed hic: iuramentum pro confessione dicitur et condempnacione ydolorum per que iurabat Israel. Denique auferuntur offendicula et iurat per Deum quotquot dicitur ‘Vivit Dominus’; in Veteri Testamento iusiurandum est ad condempnacionem mortuorum per quos iurat [K iuravit] omnis ydolatra”. Hec ille. Et illo modo iuramentum dicitur per Apostolum fides cum dicit: “Qui fidem negavit domestico infedeli est deterior”⁵; de quo iuramento et Psalmista inquit (Ps. 23,49): “Quis ascendet in montem Domini aut quis stabit in loco sancto eius? innocens manibus et mundo corde qui non accepit in vanum animam suam nec iuravit in dolo proximo suo”. Et iterum (Ps. 14,4): “Qui iurat proximo suo et non decipit”, et cetera. Et hoc modo iuramentum sumendo pro confessione promissi et veritatis, iusticie, fidelitatis, iudicii et huiusmodi, non est prohibendum, de quo tamen nichil ad presens in conclusione mea.

¹

F. M Bartoš, *Literární Činnost M. Jakobka ze Střebra*, Praha 1925, p. 47 *Kvestie o přísaze*. Advertendum est in duobus foliis legitur animum collectum auctoritatum de iuramento [ff. 185r-186v, non 185r-188v]; cui sequitur explanatio de nomine Ecclesiae, de Purgatorio, de Inferno; in f. 188v legis etiam *De iuramento* per duas auctoritates ex *Opere imperfecto*; quibus sequuntur adnotationes Jacobelli : “Inpugnantibus verba Corintii et ignorantibus circa sacramentum dominici corporis ...”.

Cf. P. De Vooght, *Jacobellus de Střebro (†1429) premier Théologien du Hussitisme*, Louvain 1972, pp.222-224; teneo non accipiendam quod dicitur [p. 223] de quodam Nicolao valdensi ubi legis: “il [Jacobellus] ...s’est laissé entraîner par une influence vaudoise, de Nicole de Dresde...”; R. Cegna, *Il Tractatus De iuramento di Nicola della Rosa Nera*, ms. C 116, Aevum 82 (2008) no 2; R. Cegna, *il Tractatus de iuramento di Peter Payne [Petrus Anglicus]*, in Sito: Nicolaus. Drazna@xoom.it

² *Aristotelis Politicorum Libri superstites*, ed. nova cura Hermanni Conringii, Helmestadii 1656, cf. Pars II, caput I, p.53.

³ Augustinus, *Sermones in Psalmos*, In Psalmum 131,3-5, PL 38,4.

⁴ *Decretum* Ca. 22 q. 1 c.7; *Corpus juris canonici*, ed. Ae. Friedberg, I, 863.

⁵ *1 Tim.* 5,8 ‘Si autem suorum et maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit et est infedeli deterior’.

2° Iuramentum fieri habet ex regulacione et instinctu divino quomodo Appostolus iuravit cum sepius dixerit: “Testis est mihi Deus”⁶ Aliud est iuramentum 3° modo sumptum quo iam utuntur christiani communiter [*K om* communiter] in iudiciis vel in quibuscumque factis aliis. Et est invocacio Dei vel creature in testimonium alicuius cum suprapositione [*K supra* posicionem] in crucifixo, ewangelio [*K ewangeliis*] vel gladio duorum digittorum et ob-// (**f. 185v**)-servancia forme ac verbis ad hoc iuramentum⁷ institutis. Et si fit per creaturam committitur ydolatria cum per creaturas iurare est honorem Dei in creaturas transferre; si vero fit per Deum in rebus et causis huius mundi, etc. [*K om* etc.] nomen Dei invanum assumitur. [*K et*] de isto iuramento inter christianos sic nimium multiplicato et in cordibus hominum mundanorum non ponderato sed alleviato et reservato [*K alleviato* et refrenato] pono conclusionem istam [*K talem*]. [Conclusio:] In Policia bene recta non est licitum iurare. Hoc [*K Hec conclusio*] ergo probatur auctoritatibus et racione. Et primo auctoritate summi Legislatoris, Mt. V.to [*K dicens*]: antiquis [*K om* antiquis] (*Mt* 5, 33-37) “Audistis quia dictum est antiquis: non periurabis [*K iurabis*]. Reddes autem iuramenta tua Domino [*K tuo*]. Ego autem dico vobis: non iurare omnino neque per celum quia tronus Dei est neque per terram quia sca(bellum) pe(dum) eius est neque per Ierosolymam, quia civitas magna regis e[st] neque per caput t(uum) iura(veris) quia non potes unum capillum fa(cere) al(bum) [*K album* facere] aut nigrum. Sit autem sermo vester: est, est; non, non; quod autem hiis hab[undantius] est, a malo est”. Et id sapiens Jacobus Appostolus verus Christi discipulus Jaco. V.to dicebat (*Jac* 5, 12): “Ante omnia fratres [*K mei*] nolite iurare neque per [*K 180v*] celum neque per terram neque per aliud quodcumque iuramentum. Sit autem sermo vester: est, est; non, non, ut non sub iudicio decidatis”⁸. Doctorum autem sanctorum auctoritatibus multiplicibus predicta conclusio conprobatur. Et primo auctoritate Remigii qui loquens [*K super Apocalipsim*] super illo Apok. X (*Ap* 10, 6): “Et iuravit per viventem in secula seculorum”, ita dicit: “Cum Dominus in ewangelio prohibeat iurare, dicens⁹: ‘Nolite iurare neque per celum neque per terram [*K etc.*], sed sit sermo vester : Est, Est; Non, non, quod enim amplius est, a malo est’. Quid est quod ipse manum ad celum levans iurat per viventem in secula seculorum? Sed sciendum quia homines recte iurare prohibentur quia sepe in iuramento falluntur; non enim homines a iuramento [*K Deus*] cohibuissent si in eo peccatum deesse cognovissent. Deus itaque iurare potest quia non mentitur aliquando; iuramentum autem eius est omnis sermo illius, quia quicquid loquitur Deus absque ulla anbiguitate completur”. Hec ille¹⁰. Item Jeronimus et habetur XXII q. I Considera:“ Hoc scilicet iurare per Deum quasi parvulis fuerat concessum lege ut quomodo victimas Deo immolabant Deo ne eas ynmolaret idolis sic et iurare permetterentur in Deum; non quod recte hoc facerent sed quod melius esset Deo id exhibere quam demoniis”. Hec ille¹¹. Item Jeronimus ante mortem suam de non iuramento prout scribit Eusebius de morte beati Jeronimi, ita dixit¹²: “Ante omnia, fratres mei, nolite iurare omnino neque per celum neque per terram neque per aliud quodcumque iuramentum; sit autem sermo vester: est, est; non, non. Cuius ori sonat frequens iuramentum, in ipso homine parva est Dei cognitio et dilectio; si non est quod iuro Deum esse nego; preceptum enim Dei iurare prohibet”. [*V 186r*] Ad idem est beatus Augustinus in glossa ordinaria super illo Rom 1 (*Rm* 1, 10)¹³: “Testis est mihi Deus”, ubi dicit: “Et notandum est quia multum interest qui exigit iuracionem si non vult illum iurare falsum, vel non; qui autem nescit et ideo dicit: ‘Iura mihi’, ut ei fides sit, non audeo dicere non esse peccatum, tamen humana temptaccio est. Si autem fecisse novit et cogit iurare homicida est.” [*K Hec ille*] Et beatus

⁶ cf. Rom. 1, 9; 2 Cor. 1, 23 et 11, 31; Gal. 1, 20; Phil. 1, 8; 1 Thes. 2, 5; 1 Thes. 2, 10. Cf. I. Wyclif, *Tractatus De mandatis divinis*, ed. J. Loserh – F. D. Matthew, London 1922, p. 194; cf. J. Hus, *Super IV Sententiarum*, III, ed. V. Flajšhans Praha 1906, p. 494.

⁷ ‘ad hoc iuramentum’; inter lineas ‘in iuramento’. ‘digittorum’, cf. Nicolaus, *De iuramento*, f. 168r.

⁸ recte: ‘neque aliud quodcumque iuramentum’.

⁹ *Mat. 5, 34-35* (non ad litteram).

¹⁰ Remigius de Auxerre [recte: Haimo de Auxerre, *Expositio in Apocalypsim* 10,6; PL 117, 1064]. Cf. Anonimus, *De iuramento* ms. X F 8 [ed. J. Sedláč, *Studie a texty*, I-1914; *Tractatus non potest tribui Nicolao de Rosa Nigra*], pp. 90-91; Nicolaus de Rosa Nigra, *Quaerite primum Regnum Dei*, ed. J. Nechutová, Brno 1967, 96; cf. Nicolaus de Rosa Nigra, *De iuramento*, 481 (f. 166v); “Non enim...cognovisset”, cf. Petrus Anglicus, *De iuramento*, ms. V F 2 f. 94r

¹¹ Ca.22, q.1 c.8; Fr. I.863, omisso principio; cf. Petrus Anglicus, *De iuramento*, ms. V F 2, f.93v.

¹² Eusebius, *De transitu Ieronimi*, PL 22, 255-257.

¹³ Augustinum non legis in Glossa ordinaria ad Rom. 1, 10, sed nonnullis omissis, in *Decreto Gratiani*: Ca. 22, q. 5. c. 6; Fr. I, 884; Augustinus, *Sermo* 180, PL 38, 978; cf. Petrus Lombardus, *Liber sententiarum*, caput 11, PL 192, 838; I. Hus, *Výklady*, ed. Daňhelka, Praha 1975, 565.

Cyprianus Epistula VI [K Epistola supra], *De mortalitate*, istam conclusionem ponit expresse in sententia sic dicens [K dicit]¹⁴: “Si avaricia prostrata est, exsurgit libido; si libido compressa est, succedit ambiccio; si ambiccio contempta est, ira exasperat”. Et infra. “Cogeris mala dicere quid [K quidquid] divina lex prohibet; compelleris iurare quod non licet”. Ad idem est etiam Crisostomus qui *De compuncione cordis* dicit¹⁵: “Si vere iurare [K vere] crimen est ac prevaricacio mandati periurium ubi ponemus?”, et cetera ibi posita. Idem [K Crisostomus] *De opere perfecto* super illo verbo (Mt 5, 33) “Dictum est antiquis”: (Mt 5,33) “Dictum est antiquis non periurabis, sic dicit¹⁶: “Quid [K ergo] si expetit aliquis iuramentum a te et necessitatem inducit? Dei timor necessitate hac sit potentior quoniam si tales promiseris, occasiones nichil custodies eorum que tibi iussa sunt”. Hec ille. Item Crisostomus *De opere imperfecto*¹⁷ primo ponit non iurare esse mandatum; 2° quia¹⁸ illud avari minimum putant; 3°¹⁹ quod sine isto non potest stare legis mandatum; quarto²⁰ quod iuramentum nunquam bonum exitum habet; 5° quod nemo potest defendere illum qui iurat religiose egisse; sexto, swadet magis rem perdere quam pro illa iurare; 7° dicit²¹ quia bene iurare peccatum est. “Ad idem est et ipse Dominus Linconiensis in 2° Decalogi mandato qui scribit in hec verba²²: “Quia vero tam periculosum est periurium, vitandum est omne iuramentum ne iurandi consuetudine labamur in periurium. Ideo est et in Ecclesiastico (*Ecl* 23, 9) scriptum . ‘Iuracioni non aswescat os suum multi enim [K 181r] casus in illa’”. Et infra: “Consuetudo iurandi sepe labifacit in iuracionem verbi ociosi”. Hec ille. Haymo²³ super illud (*Ap* 10,5): “Iuravit in secula”: “Ille iurare potest qui falli non potest ut Deus et Angelus et Appostolus”. Racione autem arguitur sic. Quicumque legislatori nostro Christo Iesu est displicens, illud est illicitum et inhonestum. Sed in pollicia bene recta iurare legislatori nostro Christo Iesu est displicens, ergo est illicitum et inhonestum. Consequencia est bona et antecedens pro maiori est evidens, quia lex omnia licita precipit et honesta, et prohibet inhonesta, ut patet quarto [K V°] Ethicorum²⁴. Sed pro brevi arguitur sic. Quicquid legislator noster Christus Iesus in lege sua prohibet, hoc est sibi displicens. [V 186v] Sed iurare in lege sua prohibet, ergo est sibi displicens; consequencia bona est [K om est] et maior est nota, cum secundum Augustinum quicquid est utile ibi invenitur, quicquid noxium ibi dampnatur. Maior patet per beatum Ieronimum, Remigium [K Remigium, Ieronimum], Cyprianum, Crisostomum, Linconiensem et alios sanctos supra memoratos, ergo totum argumentum bonum et per consequens conclusio vera. [K Crisostomus Mt XX° (Mt 20, 19) super illo. ‘Et tradent (eum) Gentibus ad illudendum’].

¹⁴ Cyprianus, *Liber de mortalitate*, PL 4, 585; cf. Nicolaus, *De iuramento*, 475 (f. 164v).

¹⁵ Crisostomus, *De compuncione cordis*, non inveni.

¹⁶ “Quid si expetit ...iussa sunt”: Nicolaus, *De iuramento*, 475 (f. 164r). Tanto Jacobello quanto Nicola utikizzano la stessa traduzione dal greco in latino di Giovanni Crisostomo che non è quella data nella edizione del Migna (PG 58), non è quella data nella edizione di Erasmo da Rotterdam (che utilizza Aniano di Celeda del sec. V di cui rimane la traduzione delle prime 25 Omelie); si tratterebbe allora della traduzione delle Omelie di Giovanni Crisostomo in Matteo compiute per incarico di Papa Eugenio III da Burgundio da Pisa († 1193) di cui rimane l'unico Codice Laurenziano a Firenze Plut. XIV destro, IV, di 329 folia. Questa traduzione fu utilizzata con qualche adattamento da San Tommaso. Non è mai stata trattata la questione delle citazioni delle Omelie in Matteo di San Giovanni Crisostomo nelle Letteratura Medievale Boema (come in Giovanni Hus, Jacobello di Střibro, Nucola dele Rosa Nera Dresdense); anche nella edizione delle Opere di Giovanni Hus a cura dekl'Accademia del Scienze le citazioni in latino delle Omelie in Matteo di San Giovanni Crisostomo hanno per rifeimento l'indicazione della PG [il che non è esatto, ad es. I.Hus. *Polemica*, ed. Ja. Eršil, Praha 1966, 200]. Credo che si possa affermare che nella Cultura della Praga Medievale si leggessero el Omelie in Matteo di Giovanni Crisostomo nella traduzioen di Burgundio Pisano. Per questa traduzione: M. Flecchia, *La traduzione di Burgundio Pisano delle Omelie di San Giovanni Crisostomo sopra Matteo*, Aevum 26 (1952), 114.

¹⁷ *Opus imp. in Mat. 5*, PG 56, 697; Nicolaus, *De iuramento*, 471 (f. 162v) (hic supra in primo et secundo); Anonimus, *De iuramento*, 86 et 94; cf. I. Wyclif, *Opus evangelicum*, ed. J. Loserth, London 1903, I, 185.

¹⁸ Petrus Anglicus, *De iuramento*, f.93r.

¹⁹ Nicolaus, *De iuramento*, 472 (f. 162v).

²⁰ Nicolaus, *De iuramento*, 469 (f. 161v); Petrus Anglicus, *De iuramento*, f. 93r.

²¹ Nicolaus, *De iuramento*, 477 (f.165v).

²² cf. I. Wyclif, *Opus evangelicum*, I, p. 184 (conclusio allegationis ipse Wyclif ponit). Prima pars: Nicolaus, *De iuramento*, 469 (f. 161r). Dictum Ecclesiatici 23, 9 legis in : Anonimus valdensis, *Les commandements*, in: R. Cegna, *Fede ed etica valdese nel Quattrocento*, Torino 1982, il secondo comandamnto ‘Non giurare’, 180. In operibus bohemicis et valdensibus verbum Lincolniensis (quod attinet Robertum Grossatesta Episcopum in Urbe Lincoln) scribitur Linconiensis, omiessa littera “l”.

²³ Haimo, *Expositio in Apocalypsim*, PL 117, 1064; cf. Nicolaus, *De iuramento*, 481 (f. 166v); cf. Anonimus, *De iuramento*, pp. 90-91; cf. Petrus Anglicus., *De iuramento*, f. 93v.

²⁴ Cf. Aristotelis Ethicorum Nichomacorum, lib.V, cap. XI [Aristotelis Ethicorum ad Nicomachum libri decem, cura Samuelis Racheli, Helmaestadii 1660]: “Quod enim in in eiusmodi rebus lex non iubet, illud vetat. Sunt rursus iusta quae spectantur tantum ad legem a qua sancuntur”

Cum secundum Crisostomum super Mattheo capitulo VII²⁵: “Qui vult esse [K verus] christianus non solum non periuret sed nec iuret, non solum non fornicetur sed nec usque ad oculum concupiscat”. Sic idem Mat. XIX dicit²⁶: “Habes ‘Non periurabis’: trade hoc gentibus ut discant non periurare; tu autem sequere me ut [K et] non iures”. Et Mattei V. supra illo “Non iurare omnino” [K V^o ibidem]²⁷: “Dic michi, amice, iurando, quid [K quid iurando] proficis? Nam si adversarius tuus crederet bene te iuraturum, nunquam te iurare compelleret. Sed quia periuraturum te existimat, ideo [te] iurare compellit. Et cum iuraveris, non quasi [K In veritate iurmenti tui placatus est tacet, se quasi in dampnationem periurii tui vindicatus recedit. Iuramentum nunquam exitum bonum habet quidem enim te existimant avaricie causa iurasse, quidem autem periurasse qui autem bene de te voluerunt suspicari, etsi periurasse te non credunt, unde in veritate iurasse affirmare non possunt. Nemo autem de defendere potest religiose egisse. Ideo iurans inimicis tuis in obprobrium, veris amicis tuis in suspicionem. Sed forte dicis: Quid faciam? Non michi credit nec vult credere nisi iuravero; acquiesce maffis pecuniam perdere quam salutem, preciosior tibi videatur anima tua quam res tua. Si rem aliquam perdidideris, vivere potes. Si Deum perdidideris, quomodo vives? An nescis quia quid in vita amittis propter Dei timorem, maiorem mercedem habes pro illo quam si elemosinam dedisses, quia quodcumque maiori colluctatione facimus pro illo, dignius coronamur. Ecce amice²⁸, admoneo te ne hominem iurare aliquando compellas sive existimas eum bene iuraturum sive male; magis recede ab eo quia etsi ille bene iuraverit, quantum ad conscienciam tuam periurii illius factus es causa, quia hoc proposito iurare eum compellis non ut iuret sed ut periuret. Si autem eum bene iuraturum putares nec iurare compelleres; o insipiens qui alterum iurare compellis, nescis quid agis. Ille etsi periuraverit cum lucro periurat, tu autem sine lucro periurii illius particeps inveneris qui mentiri non dubitat nec periurare timet; Deus qui periurare vetuit, ipse et postea non iurare mandavit. Qui ergo iurando non timet Dei preceptum negligere nec imperiurando (!) timebit. Quis autem timet Deum aut non timet Deum? Si timet et sine iuramento non mentitur. SI autem non timet neque cum iuramento potest dicere veritatem”]. [K Udite²⁹ vos clerici vos clerici qui iurantibus ewangelica sancta portatis!. Quomodo potestis ab illo iuramento esse securi qui sanctum periuris datis. Nunquid qui ignem portat unde conflatur incendium, [K 181v] alienus est ab illo incendio? Aut qui gladium peragit? unde homicidium committere non est socius homicidii illius? Sic et qui occasionem periurii prestat collega fit periurii illius. Si erat iuste bene iurare iuste dicebatis quia dedimus illis Ewangelium ut iurent, ne ut periurent Nunc autem cum facitis, quia et bene iurare peccatum est, quomodo potestis esse liberi qui occasionem datis unde peccetur in Deum. Cesset ignis et incendium non fit. Subtrahe gladium et homicidium non committitur, Sic tolle iuramentum et periurium non fit. Hec de illis dicta sunt qui iurant per Deum eorum. Qui autem iurant per elementa, venerabilior (!) iniquitas, ydolatrā se facit omnis qui per aliud iurat. Eciā si iurare liceret, quia non redderet Domino Deo suo iuramenta sua, sed elementis]. Et cetera³⁰ ut ibi ponitur de verbo ad verbum, usque ibi “Et³¹ dupliciter peccat, primum quia iurat, deinde quia deificat per quod iurat”. Finis³² auctoritatis Crisostomi.

²⁵ *Opus imp. in Mat. 7*, ed. Erasmus de Rotterdam, Secundus Tomus Operum Divi Iohannis Chrisostomi, Commentaria in Mattheum Aniano interprete, Basileae 1547, 876; P.G. 56,743; cf. Nicolaus de Rosa Dresdensis, *De iuramento*, ed. R. Cegna, Aevum 82 (2008) no 2, 474, f. 164r; *Quaerite*, p.89; *Consuetudo et ritus primitivae Ecclesiae*, ed. Kaminsky, p.72; *Processus consistorialis*, ed. O. Brunfels 1523, f.9r; cf. I. Wyclif, *Opus evangelicum*, I, p.461

²⁶ *Opus imp. in Mat. 20*, ed. Erasmus, 952; cf. Nicolaus, *De iuramento*, 474 (f. 164r); *Quaerite* p. 89.

²⁷ *Opus imp. in Mat. 5*, PG 56, 697-698; cf. I. Wyclif, *Opus evangelicum* I, p. 186; Anonimus, *De iuramento*, p. 88 (tantum prima pars); Nicolaus, *De iuramento*, 470 (f. 161v), (in initio); *Quaerite*, p. 92.

²⁸ Nicolaus, *De iuramento*, 474-475 (f. 164rv).

²⁹ Partim haec verba legis in Allegationibus ad textum.

³⁰ *K om* et cetera ut ibi ponitur; *K* in fine Tractatus de iuramento ponit diverso modo: Et dupliciter peccat...per quod iurat. Hec de verbo ad verbum Crisostomus Mt Vo super isto: non iurare omnino. Ysisdorus De summo bono: Nunquam ergo iurat qui periurare timet. Item Origenes super Mt Estimo quoniam...quia ned adiurare alterum licet. Hec ille. Augustinus in Glosa ordinaria: Qui non iurat...non potest mentiri. Et idem dicit: Falsa iuracio exciōsa...nulla secūra, etc. [*Explicit Tractatus De iuramento*].

³¹ *Opus imp. in Mat. 5*, ed. Basilea, 819; PG 56, 697-698; cf. Nicolus, *De iuramento*, f. 166r; *Quaerite*, pp. 92, 96; Anonimus, *De iuramento*, p. 87 [allegatio amplissima: ‘Audite vos clerici, qui iurantibus ewangelia portatis...Et dupliciter peccat...Sive ergo per filios suos iuret sive per se sive per aliquem meliorem, facit illum quantum ad se Deum.’]; *Processus consistorialis*, 7r; I. Hus, *Expositio decalogi*, pp.8-9; I. Wyclif, *Opus evangelicum* I, pp. 187-188.

³² *K om* Finis auctoritatis Crisostomi.

Ysidorus, *De summo bono*³³: “Nunquam ergo iuret qui periurare timet “. Item Origenes Mt³⁴ “Estimo quoniam non oportet ut vir qui vult secundum Evangelium vivere adiuret alterum. Si enim iurare alterum non licet, quantum ad evangelium Christi mandatum notum est, quia nec alterum adiurare licet”. Hec ille. Augustinus in Glosa ordinaria³⁵: Qui non iurat, peccare non potest, sicut qui non loquitur non potest mentiri”. Et idem dicit³⁶: “Falsa iuratio exiosa est, vera periculosa, nulla secunda”.

Nota³⁷. Circumstantie iuramenti ponuntur Jeremias IIII (*Jer 4,2*) cum dicitur: Jurabis “Vivit Dominus in veritate, iudicio et iusticia”³⁸. Oportet enim primo quod iuramento subscripta sit veritas, ymmo quod sit in ipsius iurantis consciencia quid iuratur. Oportet 2^o quod iuret in iudicio scilicet ut non iuret nisi propter necessitatem ac utilitatem a supremo iudice approbatam. Aliter enim in vanum iuraretur contra preceptum secundum nec sufficiunt ista duo; sed quia veritas illicite aut inhoneste non est iuranda, licet in iudicio humano requiratur et sit necessitate supportacionis necessaria et utili occasione accepta. Ideo oportet tercio quod iuret in iusticia; deficiente itaque istarum trium aliquam circumstanciarum fit iuramentum illicitum”, et cetera. Hec Doctor Evangelicus super mandata 2^o³⁹. Jeronimus: Sermo fidelis pro iuramento debet haberi, quia secundum Crisostomum 22 q. 7 [c.12], dicens: “inter iuramentum et loquelam nostram nullam vult esse differentiam”⁴⁰, etc.

Ad⁴¹ iuramentum tria requiruntur: primo, veritas ex parte consciencie, 2^o, iudicium ex parte rationis; 3^o iusticia ex parte rei.

[allegationes]

[V 187v-188r: omissis] [V 188v] Fabianus papa⁴² instituit iuramentum propter controversiam.

‘Iuravit in secula’. Haymo: ille iurare potest qui falli non potest ut Deus et Angelus et Apostoli.

Crisostomus, *De opere imperfecto* super Mat. V (5, 33-34) dicit Crisostomus⁴³: “Attendite [K Udite] vos clerici qui iurantibus evangelia sancta portatis!. Quomodo potestis ab illo iuramento esse securi qui sanctum periuris datis. Nunquid qui ignem portat unde incendium completur, alienus est ab illo incendio? Aut qui gladium peragit unde homicidium committere non est socius homicidii illius? Sic et qui occasionem periurii prestat collega fit periurii illius. ..., quomodo potestis esse liberi qui occasionem datis unde peccetur in Deum”. Et sequitur infra: “... Qui autem iurat per celum aut per terram aut quidquid illud est per quod iurat, deificat eum; propterea ydolatriam se facit omnis qui per

³³ Isidorus, *De summo bono seu Sententiarum Libri*, PL 83; cfr. Anonimus, *De iuramento*, p. 91.

³⁴ Origenes, PG 13. 1757; cf. Nicolaus de Rosa Nigra Dresdensis, *De iuramento*, ed. R. Cegna, Aevum 82 (2008), no. 2, 469 (f. 161v); Anonimus, *De iuramento*, p. 94; *Quaerite* p. 93; *Processus consistorialis*, f. 8r; Anonimo valdese, *Les Commandements*, in: *Fede ed etica valdese*, ‘non giurare’, p. 181.

³⁵ Glossa ord. ad Matt. 5, 33 “Reddes autem Domino iuramenta tua” legis in fine: “Qui non iurat peierare non potest; sicut qui non loquitur non potest mentiri”. Versus non tribuitur Augustino et ubi in Jacobello habes “peccare” in glossa habes verius “peieiare”; Nicolaus *De iuramento*, 469 (f. 167v).

³⁶ Augustinus, *Sermones de Scripturis de Novo Testamento*, Sermo 184 (4) De verbis Jacobi 5,12: Ante omnia nolite iurare, PL 38, 974; cf. Nicolaus de Rosa Nigra Dresdensis, *De iuramento*, 469 (f. 161v); cf. Petrus An., *De iuramento*, f. 94r; cf. Anonimus, *Les commandements*, in: *Fede ed etica valdese*, ‘Non giurare’, p. 182

³⁷ *K om Nota. Circumstancie...ex parte rei.*

³⁸ *Decretum*, Ca. 22, q. 1, c. 7 Et iurabunt; Jeronimus in Jheremia 4; Ca. 22, q. 2, c. 2 Animadvertendum; Fr. I, 867, Ieronimus super Jheremiam, lib. II; Nicolaus, *De iuramento*, 465 (f. 160r, ubi legis adnotationem).

³⁹ I. Wyclif, *De mandatis divinis*, cap. 17, p. 195; cf. I. Hus, *Výklady*, p.158, et adnot. p. 567.

⁴⁰ Jeronimus, *Comment. in Mat. lib.I, cap.5*, PL 26,40; “Sermo fidelis pro iuramento debet haberi quia secundum Crisostomum 22. q.5 Dominus inter iuramentum et loquelam nostram .nullam vult esse differentiam, etc.”; cf. Ca. 22, q. 5, c. 12 Iuramenti huius, Fr. I, 886, ubi legitur: “...nullam vult esse distantiam...”; secundum Friedberg auctore Chromatio in c. 5 Matth tract. 10, PL 29,352; in rubro c. 12 legitur: “Inter iuramentum et locutionem fidelium nullam debet esse differentiam”; cf. Nicolaus, *De iuramento*, 469-470 (f. 161v).

⁴¹ “Ad iuramentum...ex parte rei”: haec verba legis in margine inferiori f. 186v ubi quaestio finitur cui in ff. 187r-187v sequuntur textus sine titulo “de ecclesia et de purgatorio” cum conclusione “Et sic est finis huius questionis [?]. Sequitur in f. 188r: “Ubi sit infernus” et, sine titulo, *De paradiso*. In fine in f. 188v etiam legis “De iuramento” per quasi totam paginam f. 188v ubi in postrema parte “XII utilitates digne communionis ponuntur in hiis metris” per septem lineas cum glossis interlinearibus. Supra legis quod dicitur De iuramento in hoc ultimo f. 188v.

⁴² Nicolaus, *De iuramento*, 484 (f.168r); Petrus An., *De iuramento*, f. 90v. Fons historica de Fabiano Papa est in *Flores temporum*, ed. Eccard, *Corpus Historicorum Medii Aevi*, I, col. 1578; cf. *Quaerite*, p.93.

Cf. Anonimus, *Výklad desatera*, (1423?): “Bestia, scilicet papa instituit iuramentum, scilicet Fabianus et ponitur in *Chronica Flores temporum*, ut patet a. D. 1249. Et postea instituit papa quod qui nollet iurare pro heretico haberetur, ut ponitur Extra. De trans. episcoporum, Innocentius. Et ergo hoc nomen bestie est iuramentum, introductum in ecclesiam in omnes status in fronte, id est expresse ut nullus posset emere, id est scientiam reportare vel vendere id est alios docere, nisi habeat signum bestie, id est nisi sit intitulus et *iuraverit* suis superioribus, quod fuit et adhuc est in omnibus studiis privilegiatis et in omnibus officiis...Similiter in seculari statu statuuntur iurati magni peccatores, quibus sepe creditur contra preiudicium legis divine vel zelatorum eius” [Tractatus *De mandatis Dei*, ms. C 103 ff. 11v-67 r (Bibl. Capit. Pragensis)]. Auctor *Tractatus* non est Jacobellus, propter eius discrepantias cum Jacobelli *Výklad na Zjevenie sv. Jana* [annis 1420-1422]) ad Apoc. 13, 1 (t. I, pp. 565-566).

⁴³ *Opus imp. in Mat. 5*, ed. Basilea, 819; cf. Anonimus, *De iuramento*, p. 87 (allegatio amplior per totam paginam); Nicolaus, *De iuramento*, f. 161 r (allegatio minima); I. Wyclif, *Opus evangelicum I*, p. 187-188 (tota allegatio); J. Hus, *Expositio Decalogi*, p.10 (allegatio minima).

aliud iurat,.... Et dupliciter peccat, primum quia iurat, deinde quia deificat per que iurat.” Hec Crisostomus. Et iterum Crisostomus super illud Mat. XXIII (23, 16) dicit sic⁴⁴: “... Ecce enim si aliqua fuerit causa, modicum videtur facere qui iurat per Deum; qui iurat per ewangelium magis aliquid fecisse videtur; quibus similiter dicendum est hiis stultis: Scripture propter Deum scripte sunt, non Deus propter Scripturas; maior ergo est Deus qui sanctificat ewangelium, quam ewangelium quod sanctificatur a Deo”.

⁴⁴*Opus imp. in Mat. 23*; textus legitur (exclusa ultima propositione “Mayor...a Deo”) in: *Decretum Gratiani*, Ca.22, q.1, c.11; Nicolaus, *De iuramento*, f. 165v; Anonimus, *De iuramento*, p. 88.